



MARAVANIA SEV MORAVIA

Marchionatus singulari fide ac diligentia Chorographice delineatus per

SILESIA DVCATVS TYPICE

descriptus per



MORAVIA SEV MARAVANIA.

Moravia nomen à Marauaha flu. qui eam perfluit regionem, deducitur. Multis tamen Marcher potius quàm Merherren dicendi putantur: idque à Marcomannis Sueuorum populis, quorum quidem sententia non inuitus accedo, ij enim indubiè Morauiam tenuerunt, & postmodum etiam Bohemiam, eiectis inde Boijs. Sunt qui ex vocabuli etymo conijciant deinceps Marcomannos eam Germaniæ prouinciam occupasse, quæ vulgò die Marck appellatur, seu Marchia Brandenburgensis ultra Albim, versum Oceanum, cultores enim eius die Mercker, hoc est Marcomanni quasi Marchmenner dicuntur. Creduntur enim Marcomanni à limite nomen sortiri, quem nos Marck vocamus. Non desunt qui ab equis nomen adeptos Marcomannos tradant, sicut Marschalchum equitum præfectum, Marstallerum equorum stabuli magistrum appellamus: siquidem Marca & Merrhen nostrate lingua equum & equam significat, vnde Merrhenland interpretantur equarum regionem. Non exiguam Marauaniam, Silesiâq; partem Quadi tenuerunt iuxta Lunam syluam. Marauaniam præterea quæ ad Istrum declinat, putantur coluisse Osi, quorum Tacitus meminit. Regni titulo olim hæc regio decorabatur, cuius rex vicinis Bohemorum, Polonorumq; ducibus imperabat: nunc verò multo inferiori fortuna contenta, suis deinceps aliquamdiu ducibus, postmodum Marchionibus paruit, nunc distracta: eius tamen potior pars, ac penè tota Bohemiæ regibus. Reliqua pars alijs Primoribus ac Baronibus subest. Gentis Caput ac Marchionis sedes est Brin, Eburum, Olomontium Episcopalis sedes est, Volagradensis prius dicta. Urbibus præter has plurimis, domibus, mœnibus, turribus, & id genus ædificijs clarissimis abundat: cuiusmodi sunt Zvoijma, Radisch, Iglauia, Noua ciuitas, Niclosburg, Wweyskirchen,

Cremser, Boserlitz, olim Marchionum sedes, & complures aliæ, quarum nomina charta Chorographica declarabit. Incolarum lingua est Sclauonica seu Bohemica, & Teutonica mirum in modum commixta atque confusa. Aer loci mollior, atque ob id corruptioni magis obnoxius dicitur. Prouincia est velpopulosa, ita frumenti ferax, pisculenta & nemorosa. Vinetis quoque abundat, maxime vbi in Orientem vergit, quod inde abundè in Silesiam Bohemiamque exportatur, eius etiam campi præter necessariorum rerum, mirificam fertilitatem, vbertatemque, croci etiam optimi plurimum proferunt. Sudetæ montes iuxta Iglam etiam urbem minæris facti habentur. Regio quàm Bohemia minus montosa, nec tamen prorjus plana. Locat hoc loco Ptolomæus Orcynû nemus, Sudetâ ac Gabrettâ syluas. Flumina habet non pauca, quorû quatuor sunt præcipua Moraua seu Marauaha, amnis piscosissimus. Vulgò die Marke, qui regioni nomen dicitur indidisse. Lambit mœnia Olomuntij, & regiunculam Austria, Marckfeldensem, Suartzaha, Brinnam præterlabitur & Theya miscetur. Theya vel Deins, qui nonnullis etiam Thisia vocatur, Zvoijman præterfluit, & limitem Marauaniæ ac Austriae statuit. Iglâ, à quo Iglauia vrbis nomen sortita est, dirimit Marauanos à Bohemis, & Marauaniâ quoque ingreditur. Perro Marauia seu Marauania ad Orientem habet partim Hungariam, partim Austriam, ad Meridicm Austriam tantum, ad Occidentem Bohemiam, ad Septentrionem Silesiam: ac initium sumit ex parte Occidentis sub gradibus longitudinis.

HUNGARICI REGNI CVM TRANSILVANIA.

X

Hungarorum nomen vnde sit non obscure tradit Mathias à Michou lib. 1. Sarmatiæ Asiaticæ. Inquit enim, Ihuos, Sclauos Pannoniæ incolas trucidasse, terramque eorum, etiamnum possidere, Sclauis in finibus Pannoniæ vndique remanentibus & habitantibus. Ihuos autem è Iuhra regione Scythiæ, è qua oriundi exiuerunt, dictos esse, & hodie adhuc ab Bohemis, Polonis, & Sclauis, Hugnos & Hunos appellari: ab alijs autem Huguos, ac tandem Hungaros vocatos, idque linguarum quibus vtræque gentes, tum Iuhri, tum Hungari nostri vtuntur, affinitate verisimile reddit. quamuis multis hæc sententia nimis probeatur, qui linguas eorum aiunt esse diuersas, tamen multi sunt qui eam corroborare videntur, quæ breuitatis causa hîc omittitur. Hunc tractum primum Pæones seu Pannonones tenuere, cuius nominis origo in Danubij tractu à nobis explicata est: Inde Huni habuere, gens Scythica. Mox Gothi ex Insulis germanici Oceani profecti, post Gothos Longobardi ex Scandinauia, etiam germanici Oceani Insula, nouissimè rursus huni, quos & Iuhros & Hungaros postmodum dictos iam docuimus, ex alia hungaria Scythica egressi, non longè à Tanais flu. ortu Anares, ijdem nonnullis dicuntur, eam regionem obtinuerunt. Eos autem beatus Rhenanus refert, Carolum magnum octennali bello edomuisse, prorsusque excidisse, vna tantum horum natione, cui Vgrorum & Hungarorum nomen est (nam multos secum è Scythia eduxerant populos huni) velut nihil nocituram, illis extinctis, summa mota, ac vallo quodam inclusa. Sunt Hungari ferox hominum genus, & in bello validum, equestri prælio magis, quam pedestri idoneum. Nulla gens Christiani nominis Turcarum arma magis exercuit: nulla ab his rursus magis exercita est, adeò paribus animis, varioque euentu, est semper vtrinque bellatum. Volaterranus ait, incultos, ac procul à delitijs, hyeme vt reliquos aquilonares in pyriterijs pellitos agere, potui ciboque plus iusto vacantes. Idque imprimis mirandum, cum merum aromatæque, præter cæteros mortales frequentent, iuuentutem tamen esse castam, & absque scortis agere: hominem interficere leui de causa promptum habent, idque impunè licet. Latius etiam huius gentis imperium patuit quam terræ nomen olim: vnde plures ei provinciæ annumerari cœpere. Cum enim ab Leyta flu. ad Sauum vsque quicquid est interiecti agri complexa sit, nunc inter Septentrionem & Ortum etiam vltra Danubium pedem intulit, magnamque sibi Iazygum metanastri, quos vulgò Transylvanos ac septem castrenses nuncupant, partem vendicat, ac in Ortum Scythiam versus, non parum protenditur: ac Mysiam, Daciam, Flacciam, seu VValachiam, & complures alias provinciæ ad se arripuit, partimque ijs suum nomen communicauit. Distinguebatur olim hæc inferior Pannonia in Amantinam, Danubio & Arraboni fluuijs propinquam, Sauum Sauo flumini imminetem,




quæ iam Sclauonia est, vbi Risiensis & Zagrabiensis comitatus conspiciuntur, & Pannoniam, Bubaliam, vbi Sirmiensis nunc comitatus est, ac Rascia. Recentem verò huius regni diuisionem in suos comitatus requireret lector in Danubij tractus descriptione. Quò ad maiores provincias secatur ea Danubio flu. media in citeriorem & vltiorem: quarum hæc Iazygas, Metanastas, ac Transylvaniæ partem complectitur. Illa, eo quo olim Pannoniæ loco fuere, constituitur, ac à priori Danubij fluentis, ab Austria & Norico Cæcij montis radicibus, à Sclauonia, Drauo, à Bosna & Rascia, Sauo fluminibus dirimitur. In hoc tractu antiquiores populi locantur Hercumathæ à Ptolomæo, eo loco, quo nunc Vespriniensis est comitatus. Andiantes in Pannonia, inter amnem, ac vltra Sauum flu. Breuci. Scordiscorum autem sedes in Sirmiensi comitatu fuit. Aroniscorum autem iuxta Strigonium & Budam, quæ regionis caput est, & Basilica. Multæ præterea in ea nobilissimæ vrbes, Alba regalis ad Sarroitzam flu. Regum coronatione sepulturæque celebris. Vulgò Stuoilvveissenburg. Stridon quoque in ea sita est, Diui Hieronymi patria. Habet præterea Strigonium, quinque Ecclesias, Sopronium, Laurinum, ac plerasque alias, quarum dignitates in Danubij tractus descriptione explicatæ sunt. Sclauoniæ trans Drauum flu. Hungariæ finitima est, & eius tanquam portio quedam. Verum & hæc partim in tractu Danubij explicata est, partim peculiaris de ea charta docebit. Vltior Hungaria terram complectitur, quam Gepidæ & Daci tenuerunt. à Silesia, Morauia, & Polonia montibus Carpathijs separatur. à Ruthenia, Transylvania & VValchia transalpina separatur Maromarusijs montibus & syluis. in ea sitæ sunt vrbes Posamiensis, Tornensis, Tiruanensis, Colociensis, Zegedinensis, Varadinensis, ac pleræque aliæ. Incolæ ferè omnes Scythica vtuntur lingua. Erat hæc terra vt prisci rerum scriptores habent, nouem circulis, quos *hazab* Germanica lingua dicimus circumdata. quorum singuli ita stipitibus, quernis, siue fagineis, vel abiegnis extracti erant, vt de margine ad marginem viginti pedum spacium tenderetur in latum, totidem erigeretur in altum. Ciuitas autem vniuersa aut durissimis lapidibus, aut tenacissima creta repletur. Porro superficies vallorum eorundem integerrimis cespitibus tegetur. Inter quorum confinia arbusculæ plantatæ erant, quæ abscisæ proiectæque, vt plurimum herbas ac frondes proferebant. De primo autem circulo ad secundum viginti milliaria Teutonice protendebantur, & inde totidem ad tertium, & ita vsque ad nonum, quamuis alius alio semper contractior erat. Intra hos aggeres vici villaque ita constitutæ, vt ab vna ad aliam vox hominis audiretur. ædificia validissimis muris præmunita, portæ non satis latæ, propter hanc causam, vt per eas latrocinandæ gratia quaqua versus exire ingredi que facile possent. Tubarum clangore vnus circulus alteri cuiusque rei certa signa dabat: hos postmodum Carolus Magnus

K

octenni

HUNGARIE TOTIVS VTI EX COMPLVRIBVS ALIORVM GEOGRAPHICIS CHARTIS à Matthia Zimbro Norico delineata est recens editio

MORAVIÆ PAR.S.



CAMPVS MAXONVS Butezan
 Singidunum
 Zenderim capitur à Turca 1439.

Transalpina Hungaria olim
 Hauasalfewi de chim
 Dacia alpestris.

Transylvania
 Comitatibus Sacerdotum
 Comitatibus Siculorum
 Comitatibus Sacerdotum

Comitatus Pestini
 Comitatus Albensis
 Comitatus Babilonis

Comitatus Sacerdotum
 Comitatus Siculorum
 Comitatus Sacerdotum

Comitatus Sacerdotum
 Comitatus Siculorum
 Comitatus Sacerdotum

Comitatus Sacerdotum
 Comitatus Siculorum
 Comitatus Sacerdotum

Comitatus Sacerdotum
 Comitatus Siculorum
 Comitatus Sacerdotum